Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

manantium fulgore illuſtrantur. Ubi vita eſt animi in bonorum incorruptibili pulcritudine: ubi vita omni moleſtiâ libera: ubi modeſtæ ſanctæq; voluptatis fruitio: tempus ſine tempore; ævum longum ac finis expers, & in ſpatia nullo termino circumſcripta porrectum; nec amplius dierum ac menſium intervallis, nec annorum circulis, nec tempeſtatum vicibus diſtinctum; ſed vitæ cuidam in immenſum productæ ſufficiens. Quæ non Solis radiis nec aſtrorum Lunæve ſplendore illuſtratur; ſed luminare ipſum habet Deum Verbum, unigenitum Filium ſummi omnium Imperatoris Dei. Quam ob cauſam illum Solem eſſe juſtitiæ, & omnium luminum præſtantiſſimum lumen, divinis Arcanæ Theologiæ ſermonibus traditur. Eundemq; beatiſſimas illas poteſtates juſtitiæ radiis & ſapientiæ ſplendore colluſtrare, & animas hominum vera pietate exornatas, non cæli ambitu, ſed ſinu ſuo accipientem; promiſſa ſua reb[9] ipſis firmare atq; adimplere credimus. Mortalium verò nec oculus vidit nec auris accepit; nec mens carnis mole circumdata perſpicere unquam poterit, ea quæ pietate præditis hominibus ſunt præparata: quæ item tibi, religioſiſſime Imperator. Cui ſoli ex omnibus qui unquam extiterunt, ſummus ille hujus univerſi Imperator Deus id largitus eſt, ut vitam hominum perpurgares. Cui etiam ſalutare ſignum oſtendit, cujus virtute cùm mortem ſuperaſſet, triumphum de hoſtibus egerat. Quod quidem victoriæ tropæum & dæmonum flagellum, cùm tu ſimulacris erroris oppoſuiſſes, de omnibus impiis hoſtibus ac Barbaris, ac de ipſis dæmonib[9] quod aliud eſt Barbarorum genus, victoriam

Cap. VII. reportaſti. Nam cùm duæ in nobis ſint ſubſtantiæ ſibi invicem conjunctæ, animi ſcilicet & corporis: quorum hoc quidem conſpectui expoſitum eſt; ille ab oculis remotus; adverſus utrumque eorum duo hoſtium ac Barbarorum genera: alterum occultè; alterum palam & aperto Marte aciem inſtruunt. Et alterum quidem corpora componit corporib[9]: alterum verò incorporeis cujuſquemodi machinis nudum hominis animũ oppugnat. Porrò Barbari illi qui ſub aſpectum cadunt, velut Nomades quidam feri & agreſtes; qui nihil à belluis diſtant, in manſuetos hominũ greges impetũ faciunt; agros populantur; urbes in ſervitutẽ redigunt; & tanquam

A μαρμαρυγῶν. ἔνθα ζωὴ ψυχῆς, ἐν ἀγαθῶν
ἀκηράτοις κάλλεσιν. ἔνθα βίος, πάσης ὄντως
ἀχθηδόνος. ἔνθα σώφρονος καὶ παναγίου
ἡδονῆς ἀπόλαυσις. καὶ χρόνος ἄχρονος
μακραίων καὶ ἀτελεύτητος, εἰς ἀπερίγρα-
φον τέλος μηκυνόμενος. οὐκ ἔθ' ἡμερῶν καὶ μη-
νῶν διαστήμασιν, οὐδ' ἐνιαυτῶν κύκλοις, καιρῶν
τε καὶ χρόνων περιόδοις ἀναμετρούμενος. μιᾷ
δ' εἰς ἄπειρον ἐκτεινομένῃ ζωῇ διαρκῶν. οὐχ
ὑφ' ἡλίου φωτιζομένη, οὐδ' ἀστέρων πλήθει καὶ
σελήνης αὐγαῖς καταλαμπομένη. ἀλλ' αὐτὸν
ἔχουσα φωστῆρα, τὸν Θεὸν λόγον, τὸν μονογενῆ
παῖδα τοῦ παμβασιλέως· παρὸ καὶ ἥλιον αὐ-
B τὸν δικαιοσύνης, καὶ φῶς ἐπέκεινα φώτων ἁ-
πάντων, λόγων ἀπόρρητοι μύσται θεολογίας
τοῦτον δ' αὐτὸν δικαιοσύνης ἀκτῖσι, σοφίας
τε αὐγαῖς, τὰς παμμακαρίας καταλάμ-
πειν δυνάμεις. τάς τε εὐσεβείᾳ παρεσκευασ-
μένας ψυχὰς ἀντὶ τῆς οὐρανίου περιφορᾶς
τοῖς αὐτοῦ κόλποις ἀπολαβόντα, τῶν οἰκείων ἐπ-
αγγελιῶν ἔργοις πιστοῦσθαι τὰς ὑποσχέσεις, πι-
στευόμεθα. θνητῶν δ' ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐκ
ἀκοή τις διέγνω. ἀλλ' οὐδὲ νοῦς σαρκὶ ἠμφιεσ-
μένος, οἷός τε ἂν εἴη διαθρῆσαι, ἃ τοῖς εὐσε-
βείᾳ διακοσμησαμένοις προητοίμασται,
ὥσπερ οὖν καὶ σοὶ βασιλεῦ θεοσεβέστατε, ᾧ μό-
C νῳ τῶν ἐξ αἰῶνος ἐντεῦθεν ἤδη τὸν ἀνθρώπειον
ἀποκαθᾶραι βίον, αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων παμβα-
σιλεὺς θεὸς ἐδωρήσατο. ᾧ καὶ τὸ αὐτοῦ σωτήριον
ἀνέδειξε σημεῖον, δι' οὗ τὸν θάνατον καταγω-
νισάμενος, τὸν κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἤγειρε θρίαμ-
βον· ὃ δὴ νικητικὸν τρόπαιον, δαιμόνων ἀπο-
τρόπαιον τοῖς τῆς πλάνης ἰνδάλμασιν ἀντιπα-
ρατάξας, τὰς κατὰ πάντων ἀθέων πολεμίων
τε καὶ βαρβάρων. ἤδη δὲ καὶ αὐτῶν βαρβά-
ρων ἄλλων τουτωνὶ δαιμόνων, ἤρω τὰ νικη-
Δυοῖν γάρ τοι φύσεων ἐν ἡμῖν συμπεπλεγμέ-
νων, ψυχῆς λέγω καὶ σώματος. καὶ τοῦ μὲν φαινο-
D μένου τοῖς πᾶσι, τοῦ δ' ἀφανοῦς καθεστῶτος
ἐπὶ τούτοις ἐναντία βάρβαρα καὶ πολέμια γέ-
νη, τὸ μὲν ἀφανῶς, τὸ δ' ἐκ τοῦ προφανοῦς πα-
ρετάττετο· καὶ τὸ μὲν σώματα σώμασι προ-
βεβλημένον. τὸ δ' ἀσωμάτοις παμμα-
χίαις, γυμνὴν αὐτὴν ἐπολιόρκει τὴν ἀν-
θρώπου ψυχήν· εἶθ' οἱ μὲν ὁρατοὶ βάρ-
βαροι, νομάδες τινὲς ἄγριοι, θηρῶν οὐδὲν
διαφέροντες, ἐπὶ τὰς ἡμέρους τῶν ἀνθρώ-

πων ἐφοίτων ἀγέλας. χώρας δηοῦντες. πόλεις ἐξανδραποδιζόμενοι. λύκων ἀπηνῶν δίκην ἐκ τῆς ἐρήμης τοῖς κατὰ πόλιν ἐπιόντες. καὶ πάντα λυμαινόμενοι ὅσοις ἂν δύναιντο· οἱ δ' ἀφανεῖς ἐχθροὶ ψυχοφθόροι δαίμονες, οἳ δὴ βαρβάρων ἁπάντων ἀπηνέστεροι, ἀμφὶ τὸν ἀέρα τόνδε ποτώμενοι, πᾶν τὸ θνητὸν γένος μηχαναῖς πολυθέου κακίας, ἐξηνδραποδίζοντο· ὡς μηκέτ' αὐτοῖς εἶναι θεὸν τὸν ἀληθῆ θεόν. ἀλλά τινα πολλὴν καὶ ἄθεον πλάνον ἀλᾶσθαι. τοὺς γὰρ μηδαμῆ μηδαμῶς ὄντας οὐκ οἶδ' ὁπόθεν παραγαγόντες, τὸν ὄντα καὶ μόνον ἀληθῶς ὄντα, ὡς οὐκ ὄντα, πάρεργον ἐποιήσαντο. ἔνθεν αὐτοῖς ἡ τῶν σωμάτων γένεσις, ἐνομίσθη θεός. καὶ πάλιν ἄλλος ἐναντίος τούτῳ θεός, ἡ τῶν αὐτῶν διαφθορά τε καὶ λύσις· ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος αὐτοῖς ὡς ἂν γενέσεως ἀρχηγὸς, Ἀφροδίτης ὀργίοις ἐτιμᾶτο. ὁ δὲ δεύτερος ὡς ἂν πολὺς καὶ τοῦ θνητοῦ κατισχύων γένους, Πλούτων καὶ Θάνατος ὠνομάζετο· ὡς γὰρ μηδ' ἑτέραν ἢ τὴν διὰ γενέσεως ζωὴν εἰδότες οἱ τότ' ἄνθρωποι, τὴν ταύτης αἰτίαν καὶ γένεσιν, θεὸν εἶναι ἀπέφαινον· καὶ ὡς μηκέτ' ὄντες μετὰ θάνατον, νικητὴν ἁπάντων καὶ μέγαν θεὸν, τὸν θάνατον ἀνηγόρευον· εἶθ' ὡς εὐθύναις οὐδαμῶς ὑποκείμενοι διὰ τὴν ἐκ θανάτου λύσιν. τὰ μυρίων θανάτων ἄξια δρῶντες διῆγον, βίον τε ζῶν ἀβίωτον. οὐ θεὸν ἐν νῷ λαμβάνοντες. οὐ θείας κρίσεως δικαιωτήρια προσδοκῶντες. οὐ τῆς σφῶν κατὰ ψυχὴν οὐσίας τὴν μνήμην ἀναζωπυροῦντες. ἑνὶ δὲ δεινῷ προστάτῃ τῷ θανάτῳ χρώμενοι, καὶ τὴν ἐκ τούτου τῶν σωμάτων φθορὰν, λύσιν τοῦ παντὸς ἑαυτοὺς εἶναι πείσαντες, μέγαν θεὸν καὶ πλούσιον. παρὸ καὶ πλούτωνα, τὸν θάνατον ἀνηγόρευον. καὶ θάνατος μὲν αὐτοῖς θεὸς οὐ μόνος, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸ τούτου τίμια, τὰ δὴ πρὸς ἡδυπαθῆ ζωὴν αὐτοῖς συμβαλλόμενα. Θεὸς γοῦν αὐτοῖς ἦν ἡ τῶν σαρκῶν ἡδονή. θεὸς ἡ τροφή· θεὸς ἡ τούτων βλάστη· θεὸς ἡ τῶν ἀκροδρύων φυή. θεὸς ἡ διὰ μέθης τρυφή. θεὸς ὁ τῶν σωμάτων πόθος. θεὸς ἡ τούτων ἡδονή· ἔνθεν τὰ Δήμητρος καὶ Φερεφάττης μυστήρια, καὶ κόρης ἁρπαγὴ ὑπ' Αἰδωνέως, καὶ πάλιν ἡ ταύτης ἀνάδοσις·

immanes lupi ex ſolitudine prorumpentes, in civitatum incolas irruunt; & quoſcumq; potuerint interimunt. Inviſibiles autem hoſtes, qui & Barbaris omnibus crudeliores ſunt, dæmones ſcilicet animarum corruptores; per aërem circumvolitantes, ſuperſtitionis impiæ machinis univerſum genus humanum ſub ditionem ſuam redegerant: adeò ut verus Deus non amplius ab ipſis Deus haberetur; ſed multiplici errore abſq; ullo divinitatis cultu hac illac circumferrentur. Deos enim qui nuſquam & nullibi ſunt, neſcio unde ſibi aſciſcentes, eum qui ſolus ac verus eſt Deus, perinde ac ſi non eſſet, nullo in pretio habuerunt. Itaque & corporum generatio ab iis pro Deo culta eſt: & contrarium huic numen, corporum videlicet interitus ac diſſolutio. Ac prior quidem ille Deus, utpote generationis Auctor, Veneris nomine & myſteriis honorabatur. Poſterior verò utpote opibus pollens, & humanum genus viribus ſuperans, Pluto & Orcus appellabatur. Quippe homines illius ætatis, cùm nullam aliam agnoſcerent vitam præter eam quæ ex generatione ſumit initium, ideò illius vitæ cauſam & ortum, Deum eſſe aſſeruerunt. Et cùm poſt obitum homines nihil amplius eſſe crederent, Victorem omnium & ſummum Deum eſſe Interitum pronuntiarunt. Deinde ob illam quæ in morte fit diſſolutionem, nulli poſthac rationem ſe reddituros rati, vitam minimè vitalem degere inſtituerunt; ejuſmodi perpetrantes facinora, quæ mille mortibus luenda eſſent. Quippe qui nec Deum animo reputarent, nec divini judicii tribunalia exſpectarent, nec animorum ſuorum ſubſtantiam ſibi in memoriam revocarent: ſed unum tametſi gravem & acerbum patronum agnoſcentes Interitum, & ab illo factam corporum diſſolutionem, totius hominis internecionem eſſe ſibi ipſis perſuadentes, magnum atq; opulentum Deum Interitum, eamq; ob cauſam Ditem nominarent. Deus igitur illis fuit Interitus, non ille quidem ſolus, ſed præ illo quæcumque plurimi æſtimabant; ea videlicet quæ ad mollem ac delicatam eorum vitam conferebant. Deus enim ab illis habebatur voluptas corporis, Deus nutritio, Deus germinatio, Deus arborum fructus, Deus ebrietas & commeſſatio, Deus carnalium rerum cupiditas, Deus denique earundem rerum voluptas. Hinc Cereris ac Proſerpinæ myſteria. Hinc raptus Proſerpinæ à Plutone, ejuſdémque reſtitutio. Hinc Bacchi ſacrorum initia-

tiones; & Hercules à temulentia tanquam à potiore Deo ſuperatus. Hinc Cupidinis ac Veneris orgia adulteriis plena; Hinc Jupiter ipſe in mulieres inſaniens, & Ganymedis amore captus: hinc laſcivarum commenta fabularum, de Diis voluptati ac mollitiæ deditis. Tot igitur ac tantis impiæ ſuperſtitionis telis crudeles Barbari, Deique ſummi omnium Imperatoris hoſtes, humanum in terris genus obruerunt, tandémque ſub poteſtatem ſuam redegerunt: adeò ut impietatis ſimulacra ubique terrarum ab illis erigerentur, templáque ac delubra falſæ divinitatis, in quolibet terrarum angulo exſtruerentur. Quinetiam ii qui tum dominari putabantur, uſque adeo mancipati erant huic errori, ut tribulium & neceſſariorum ſuorum cæde Diis iſtis litarent; & adverſus veritatis propugnatores, gladios acuerent; bellúmq; inexpiabile & impias manus, non contra alienigenas & barbaros hoſtes inferrent; ſed contra domeſticos & cognatos; contra fratres & amicos; qui vitæ gravitate ac modeſtia, & inſtitutis veræ pietatis, divinum Numen colere atque obſervare inſtituerant. Ad hunc modum hi quidem inſania perciti, viros ſummo omnium Imperatori dicatos, quaſi victimas dæmonibus ſuis mactabant. Illi verò utpote generoſi veræ pietatis teſtes, & glorioſam pro veritatis defenſione mortem vitæ ipſi anteponere aſſuefacti, tantam tyrannicæ dominationis violentiam nihili fecerunt: quin potius, ſicut milites Dei decebat, tolerantiæ armis muniti, quodvis mortis genus deſpectui habuerunt: ignem ſcilicet ac ferrum, clavorum confixiones, beſtias, profundos maris gurgites, abſciſſiones membrorum ac peruſtiones, effoſſiones oculorum, totius corporis mutilationes, famem denique & metalla ac vincula. Quæ quidem omnia ob amorem quo erga Regem ſuũ flagrabant, omnibus bonis ac deliciis potiora eſſe ſibi perſuaſerant. Mulieres quoque non minori præditæ robore quàm viri, aliæ eadem quæ viri certamina ſubeuntes, æqualia virtutis adeptæ ſunt præmia. Aliæ cùm raperentur ad ſtuprum, vitam citiùs quàm pudorẽ corporis ſui prodere ſuſtinuerunt. Sexcentæ item aliæ, cùm ſtupri minas quas Provinciarum Præſides ipſis intentabãt, ne auditu quidem tenus ferre potuiſſẽt, omnia tormentorum genera, & quamcunq; capitalẽ ſententiam forti animo

A ἔνθεν, Διονύσου τελεταί. καὶ νικώμενος Ἡρακλῆς ὡς ὑπὸ κρείττονος Θεοῦ τῆς μέθης. ἔνθεν ἔρωτος καὶ ἀφροδίτης ὄργια μοιχικά. ἔνθεν Ζεὺς αὐτὸς γυναικομανῶν καὶ Γανυμήδους ἐρῶν. φιληδόνων τε Θεῶν καὶ φιλοπαθῶν, ἀσελγῶν μύθων ἀναπλάσματα. τοσούτοις δῆτα βέλεσι θεομάχου πλάνης, οἱ δεινοὶ βάρβαροι καὶ τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων ἐχθροί, τοὺς ἐπὶ γῆς κατεπόνουν. καὶ εἷλόν γε τὸ πᾶν γένος ὑποχείριον, ὡς ἁπανταχοῦ γῆς, ἀθεότητος ἀνεγείρεσθαι στήλας. νεώς τε καὶ ἱερὰ ψευδωνύμου θεολογίας
B καθ᾽ ἑκάστην γωνίαν συνίστασθαι. οἱ γὰρ τότε κρατεῖν νομιζόμενοι, τοσοῦτο καταδεδούλωντο τῇ πλάνῃ, ὡς ὁμοφύλων καὶ συγγενῶν φόνοις τοῖς αὐτῶν καλλιερεῖν θεοῖς, καὶ τὰ ξίφη θήγειν κατὰ τῶν προμάχων τῆς ἀληθείας. πόλεμόν τε ἄσπονδον καὶ ἀθέους αἴρεσθαι χεῖρας, οὐ κατ᾽ ἐχθρῶν ἀλλοφύλων καὶ ἀπεξενωμένων, κατὰ δὲ τῶν συνεστίων καὶ φίλων, κατά τε ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν καὶ φιλτάτων. οἳ δὴ σεμνότητι βίου, σωφροσύνῃ τε καὶ θεοσεβείας ἀληθοῦς ἐγχειρήμασι, τιμᾶν τὸ θεῖον καὶ σέβειν διεγνώκεσαν.
C ἀλλ᾽ οἱ μὲν, ὧδέ πῃ μανίᾳ φρενῶν, τοὺς τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων καθωσιωμένους, τοῖς αὐτῶν δαίμοσι κατέσφαττον· οἱ δὲ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας γενναῖοι μάρτυρες, καὶ ζωῆς αὐτῆς, τὸν ὑπὲρ ἀληθείας εὐκλεῆ θάνατον προτιμᾶν μεμελετηκότες, παρ᾽ οὐδὲν τὴν τοσαύτην ἐτίθεντο τυραννίδα. οἷα δὲ Θεοῦ στρατιῶται, καρτερίας ἀρετῇ φραξάμενοι, πάντα τρόπον θανάτου γέλωτα ἔθεντο. πῦρ καὶ σίδηρον καὶ προσηλώσεις ἥλων, θῆράς τε ἀγρίους καὶ θαλάσσης βυθούς. ἀποτομὰς μελῶν καὶ καυτῆρας, ὀφθαλμῶν ἐξορύξεις,
D τοῦ παντὸς σώματος ἀκρωτηριασμούς. λιμὸν ἐπὶ τούτοις καὶ μέταλλα καὶ δεσμά, παντὸς καλοῦ καὶ ἡδονῆς ἁπάσης ταῦτα γλυκύτερα ἡγησάμενοι, δι᾽ ἔρωτα καὶ πόθον τὸν πρὸς τὸν αὐτῶν βασιλέα· θηλειῶν τε ὡσαύτως καὶ ψυχαί, τῶν ἀνδρῶν οὐχ ἧττον ἠρρενωμέναι, αἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς τοῖς ἀνδράσιν ἀγῶνας ὑποστᾶσαι, ἴσα τῆς ἀρετῆς ἀπηνέγκαντο βραβεῖα. αἱ δ᾽ ἐπὶ φθορᾷ τῶν σωμάτων ἑλκόμεναι, θᾶττον τὴν ψυχὴν θανάτῳ, ἢ τὸ σῶμα πρὸς φθορὰν ἐκδεδώκασι. μυρίαι τε ἄλλαι πρὸς τῶν κατ᾽ ἔθνος ἀρχόντων, πορνείας ἀπειλὴν μηδ᾽ ἄχρις ὠσὶν ἐπακοῦσαι δεδυνημέναι, πᾶν εἶδος στρεβλωτηρίων, πᾶσάν τε ψῆφον θανατηφόρον

εὐθαρσῶς ὑπέστησαν. ἀλλ' οἱ μὲν τοῦ μεγάλου βασιλέως πρόμαχοι, τῆς πολυθέου στρατιᾶς ὧδέ πῃ τοὺς ἄθλους ψυχῆς ἐρρωμένῳ λογισμῷ κατηγωνίζοντο· οἱ δ' ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἀνθρώπων πολέμιοι σωτηρίας, παντὸς ἀνημέρου βαρβάρου χείρους, τοιαύταις ἔχαιρον ἀνθρωπίνων αἱμάτων σπονδαῖς· οἵ τ' αὐτῶν ὑπηρέται, τοιαύτας αὐτοῖς προπόσεις ἐξ ἀδίκου μιαιφονίας προὔπινον. πικρὰν ταύτην καὶ δυσσεβῆ πανδαισίαν, ἐπ' ὀλέθρῳ τοῦ κοινοῦ γένους αὐτοῖς παρασκευάζοντες. τούτων ὧδε ἐχόντων, τίν' ἐχρῆν τὸν τῶν καταπονουμένων βασιλέα Θεὸν διαπράξασθαι; ἆρά γε τὴν τῶν φιλτάτων παρελθεῖν σωτηρίαν, καὶ παριδεῖν οὕτω τοὺς οἰκείους πολιορκουμένους; ἀλλ' οὔτε κυβερνήτης οὔπω ποτ' ἂν λεχθείη σοφὸς, εἰ κατὰ βυθῶν αὔτανδρον τὸ σκάφος ἐκδώσει, μηδὲν παρ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν τῶν ἐμπλεόντων σωτηρίαν ποιησάμενος· οὔτε στρατηγὸς οὕτω ποτ' ἂν γένοιτο ἀφειδὴς, ὡς τοὺς αὐτοῦ γνωρίμους ἀτιμωρητὶ τοῖς ἐχθροῖς παραχωρῆσαι· ἀλλ' οὐδὲ ποιμὴν ἀγαθὸς, τῆς αὐτοῦ ποίμνης τὸ πεπλανημένον ἀπαθῶς παρίδοι ἂν θρέμμα. ἀλλὰ τὰ μὲν εὖ ἔχοντα αὐτοῦ, ἐν ἀσφαλεῖ κείμενα καταλείψει. τῆς δὲ τοῦ πεπλανημένου χάριν σωτηρίας, πᾶν ὁτιοῦν καὶ πάθοι, εἰ καὶ πρὸς θῆρας ἀγρίους συμπλακῆναι δέοι. ἀλλ' οὐκ ἦν ἀλόγου θρέμματος ἡ σπουδὴ τοῦ μεγάλῳ βασιλεῖ. τὸ δὲ πᾶν αὐτοῦ, τῆς οἰκείας στρατιᾶς καὶ τῶν δι' αὐτὸν πολεμουμένων χάριν, ἐσπουδάζετο· ὧν τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἄθλους ἀποδεξάμενος, τοὺς μὲν τὴν πρὸς αὐτὸν στειλαμένους πορείαν, τοῖς παρ' αὐτῷ νικητηρίοις τιμήσας, ταῖς κατ' οὐρανὸν ἀγγελικαῖς ἐνέγραφε χορείαις· τοὺς δ' ἐπὶ γῆν ἐφύλαττεν. εὐσεβείας ζώπυρα σπέρματα τοῖς ὀψιγόνοις. θεατὰς ἅμα τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν δίκης, καὶ τῆς τῶν πεπραγμένων ἱστορίας ἐξηγητὰς γενησομένους· εἶτ' ἐπὶ τὴν ἄμυναν τῶν πολεμίων τὴν αὐτοῦ δεξιὰν ἐκτείνας, ὑπὸ νεύματι, τοὺς μὲν ἀθρόως ἀφανεῖς κατεστήσατο, θεηλάτοις πληγαῖς προτιμωρησάμενος. αὐτούς τε οἰκείοις χείλεσι, τὴν παλινῳδίαν τῆς τῶν πεπλημμελημένων σφίσιν αὐτοῖς, καὶ μὴ βουλομένοις, ᾆσαι καταναγκάσας· τοὺς δ' ἀπὸ χθονὸς ἤγειρεν, ὑψώσας τοὺς πάλαι ταπεινοὺς καὶ πρὸς ἁπάντων ἀπεγνωσμένους· καὶ τοῦθ' ὁ

A pertulerunt. Ad hunc modum ſummi omnium Imperatoris Dei anteſignani, adverſus exercitum multos colentium Deos fortiſſimè decertabant. Dæmones verò utpote hoſtes Dei, & humanæ ſalutis inimici, quibuſvis Barbaris crudeliores, ejuſmodi libationibus humani cruoris delectabantur. Eorúmque adjutores & adminiſtri, talia ipſis pocula ex injuſtis cædibus propinabant: dirum hoc atque impium epulum, ad perniciem generis humani eis præbentes. Quæ cum ita ſe haberent, eorum qui
B opprimebantur Deus ac Dominus quid facere debuit? utrum cariſſimorum hominum ſalutem negligere, & familiares ſuos hunc in modum oppugnatos deſpicere? Atqui nec gubernator ille prudens unquam dici poſſet, qui navem ſimul cum ipſis vectoribus mergi ſineret; nec quicquam ad navigantium ſalutem ſolertiâ ſuâ atque induſtriâ contuliſſet. Neque dux ille cautus unquam & providus diceretur, qui neceſſarios ſuos inultos atque indefenſos hoſtibus prodidiſſet. Sed neque bonus paſtor ovem gregis ſui à reliquo agmine aberrantem, abſq; ullo doloris ſenſu negle-
C xerit: quin potius cæteris omnibus quibus bene eſt, in tuto relictis, unius ejus quæ aberravit, ſervandæ causâ nihil non libentiſſimè paſſurus ſit; paratus etiam cum immanibus beſtiis, ſi opus eſſet, decernere. Enimverò ſummus omniũ Moderator, non de ove rationis experte laborabat: ſed pro exercitu ſuo, pro his qui ipſius causâ oppugnabantur, omni cura ac ſtudio ſatagebat. Quorum certamina & pro pietate exantlatos labores cùm judicio ſuo comprobaſſet, eos quidem qui jam ad ipſum migraſſent, triumphalibus apud ſe ornamen-
D tis decoratos, cæleſtibus Angelorum choris adſcripſerat. Alios verò velut rediviva quædã pietatis ſemina, adhuc in terra ſervavit ad poſteros; ut & ſumpti de impiis ſupplicii ſpectatores, & rerum geſtarũ quas ipſi ſuis oculis aſpexiſſent, narratores exiſterent. Poſthæc cùm ad ulciſcendos hoſtes brachium ſuũ extendere cœpiſſet, ipſo ſtatim nutu illos quidem repentè è medio ſuſtulit, & cælitus inflictis verberib⁹ priùs excruciatos, palinodiam ſcelerum ſuorũ ſuo ipſius ore canere, vel invitos coëgit. Hos verò qui humiles erant & abjecti, & ab omnibus propemodum deplorati, Deus ab humo in ſublime faſtigium extulit. Atque id ſummus omnium Imperator Deus celi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tus perpetravit, cùm famulum ſuum quaſi quendam invictũ militem, in medium produxiſſet. Gaudet enim Imperator noſter ob eximiam pietatem, Dei famulus appellari. Quem quidem Deus omnium cujuſq; generis hoſtium victorem præſtitit, cùm illum ſolum contra plurimos excitaſſet. Nam illi quidem erant innumerabiles; multique, utpote multorum dæmonum amici. Immo verò nihil erant; ideoq; in præſentia nihil ſunt. Hic autem unus ex uno Imperator, unius Dei ſummi omnium Imperatoris effigiem gerit. Illi animis impiis præditi, pios viros cruentis cædibus ſuſtulerunt: hic Servatoris ſui exemplum imitatus: nec quidquam aliud quam ſervare homines callens, ipſos etiam impios ſervavit, ad veram pietatem eos inſtituens. Deinde verò, utpote reverà Victor, duplex illud Barbarorum genus ſuperavit: homines quidem ipſos Barbarica feritate præditos, prudentibus legationibus manſuefaciens, cogensq; potioribus ſeſe ſubmittere, & ab illegitima ac belluina vivendi ratione eos ad civilem humanioremque traducens. Illud verò crudele atque efferatum inviſibilium dæmonum genus, rebus ipſis convincens, jampridem à Deo fuiſſe ſuperatum. Nam communis quidem omnium Servator, inviſibiles ſpiritus inviſibili quadam virtute profligaverat. Hic verò tanquam ſummi Imperatoris Legatus, victos perſecutus eſt: eos qui jamdudum mortui conſumptiq; eſſent, ſpolians: & Victoris Dei militibus manubias abundè diſtribuens.

Cap. VIII. Nam cùm imperitam hominum multitudinem inſtar infantium, hujuſmodi erroris larvas ex auro argentóque fabrefactas fruſtrà expaveſcere intelligeret, eas è medio tollendas eſſe cenſuit: quippe quæ velut offendicula quædam eſſent, ante hominum in tenebris incedentium pedes projecta, planumq; deinceps & æquabile iter viæ regiæ cunctis eſſe aperiendum. Quæ cùm apud ſe reputaſſet, non militum manu, nec exercituum multitudine ad hæc reprimenda ſibi opus eſſe exiſtimavit: ſed unus & alter ex familiaribus, ad hoc munus obeundum ei ſuffecit: quos ille ſolo duntaxat nutu in omnes provincias direxit. At illi tum Imperatoris pietate, tum ſua ipſorum erga Deum religione confiſi, per confertiſſimas hominum turbas & per numeroſam plebem tranſeuntes, paſſim per urbes & agros vetuſti erroris latebras pervestigarunt. Ac primùm quidem Sacerdotes ipſos non ſine riſu ac dedecore ex obſcuris quibuſdam

μέγας βασιλεὺς οὐρανόθεν ἐνήργει, ὅπλοις
ἄμαχον τὸν αὐτοῦ θεράποντα προστησάμε-
νος· χαίρει γὰρ ὧδε προσφωνούμενος εὐσε-
βείας ὑπερβολῇ βασιλεύς. ὃν δὴ νικητὴν παν-
τὸς τῶν πολεμίων ἀπέφηνε γένους, ἕνα κατὰ
πολλῶν ἐγείρας· οἱ μὲν γὰρ ἦσαν μυρί-
πολλοί τε πολλῶν ἅτε δαιμόνων φίλοι, μᾶλ-
λον δ' οὐδὲν ἦσαν, ὅθεν οὐδ' εἰσίν· ὁ δ' ἐξ ἑνὸς
βασιλεύς, εἰκὼν ἑνὸς τοῦ παμβασιλέως. κα
οἱ μὲν, ἀθέῳ ψυχῇ, τοὺς εὐσεβεῖς ἄνδρας
μιαιφόνοις ἀνῄρουν σφαγαῖς· ὁ δὲ, τὸν αὐτοῦ σω-
τῆρα μιμούμενος, καὶ μόνον σώζειν εἰδὼς
τοὺς ἀθέους ἔσωζεν εὐσεβεῖν διδάσκων. εἶτ' ὡς
νικητὴς ἀληθῶς, τὸ διττὸν ἐκεῖνο βαρβάρων
ἐνίκα γένος. ἀνθρώπων μὲν τὰ ἀνήμερα φῦ-
λα λογικαῖς ἐξημερῶν πρεσβείαις, καὶ τοὺς
κρείττονας εἰδέναι καὶ μὴ ἀγνοεῖν ἐπαναγκά-
ζων, ἐξ ἀνόμου τε καὶ θηριώδους βίου, ἐπὶ
λογικὸν καὶ νομικὸν μεθαρμοζόμενος. τὴν
δ' ἀπηνῆ καὶ ἀπηγριωμένην τῆς ἀφανοῦς
δαιμόνων φύσεως, ἔργοις αὐτοῖς ἀπελέγ-
χων, ὑπὸ τοῦ κρείττονος πάλαι νενικημένην.
ὁ μὲν γὰρ κοινὸς τῶν ὅλων σωτὴρ, τοὺς ἀφανεῖς
ἀφανῶς ἠμύνατο. ὁ δ' οἷα μεγάλου βα-
σιλέως ὕπαρχος, τοῖς νενικημένοις ἐπεξῄει,
τοὺς πάλαι νεκροὺς καὶ ἀπολωλότας σκυλεύων,
καὶ τὰ λάφυρα διανέμων ἀφθόνως τοῖς τοῦ
νικητοῦ στρατιώταις. Ἐπειδὴ γὰρ συνεῖδε μά-
την δειμαίνοντα νηπίων δίκην ἄφρονα τὰ
πλήθη, τῆς πλάνης τὰ μορμολύκεια, ὕλης χρυ-
σοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένα. καὶ ταῦτα ἐκ
ποδῶν ᾤετο δεῖν αἴρειν, ὥσπερ τινὰ λίθων
ἐγκόμματα, τοῖς ἐν σκότῳ βαδίζουσι πρὸ
τῶν ποδῶν ἐρριμμένα, λείαν τε καὶ ὁμαλὴν
τοῦ λοιποῦ τὴν βασιλικὴν τοῖς πᾶσιν ἀναπε-
τάσαι πορείαν· ταῦτ' εὖ διανοηθεὶς, οὐχ ὁ-
πλιτῶν αὐτῷ καὶ πλήθους στρατοπεδίας ἡγή-
σατο δεῖν πρὸς τὸν τούτων ἔλεγχον. ἀλλ'
μόνος αὐτῷ καὶ δεύτερος τῶν αὐτοῦ γνω-
ρίμων, πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν ἀπήρκει, οὓς
ἑνὶ νεύματι, κατὰ πᾶν ἔθνος διεπέμπετο. οἱ
δ' εὐσεβείας πίσυνοι μυριάνδρων δήμων
καὶ λαῶν μέσον παριόντες, ἀνὰ πάσας πόλεις
τε καὶ χώρας, πολυχρονίου πλάνης ἐπηρεύοντο
φωρὰν. αὐτοὺς τοὺς ἱερωμένους σὺν πολλῷ γέλωτι